275) Etiam cum potestate procedendi in eisdem juxta Jura Statuta
Leges ordinationes et Consuetudines predict ab antiquo
usitata tam ex officio mero mixto vel promoto quam ad
alicujus partis Instantiam prout Casus exiget et expediens
visum fuerit Et etiam cum Cognitione et Decisione de Wreco
Maris magno seu parvo ac de morte Submersione et visu Corporum
mortuorum quarumcunq personarum in mare vel fluminibus
publicis portubus Aquis dulcibus seu crecis quibuscunq infra
fluxum Maris et aquæ ad plenitudinem per dict Provinciam
et Territorium nostra de Maryland ac partes maritimas
eorundem et eisdem adjacent quascunq vel alibi infra Jurisdictionem
nram maritimam predict qualitercunq interfectarum sive
submersarum aut interficiendarum seu submergendarum
sive murderatarum vel murderandarum aut aliquo alio
modo ibidem ad mortem devenientium unacum Cognitione
de Maheimio in locis predict infra Jurisdictionem nram
maritimam predict ac fluxum maris et aquæ ibidem
Contingent cum potestate etiam puniendi delinquentes in
ea parte quoscunq Juxta juris exigentiam et Consuetudines
predict ceteraq omnia et singula quæ in premissis tantum
et circa ea necessaria fuerint seu quomodolibet opportuna
juxta et secundum jura Statuta Leges Ordinationes et
Consuetudines predict faciendum exercendum expediendum
et exequendum Tibi prefato Johanni Hart Armigero
Gubernatori nostro provinciæ et Territorij nrorum de Maryland
predict de cujus fidelitate et Circumspectionis Industria
plurimum in hac parte confidimus vices et authoritatem
nostras in et per Provinciam et Territorium nra de
Maryland predict ac partes maritimas eorundem et
eisdem adjacentes quascunq Atq etiam per omnia et singula
Littora Maris fluminaq publica portus Aquas Dulces
Rivos Crecas ac Brachia tam Maris quam fluminum et
Costeras quocunq Dictorum Provinciæ et Territorij nrorum
de Maryland ac partium maritimarum eorundem
et eisdem adjacent quarumcunq infra Libertates et
Francheiss: ac extra Committimus per presentes et Concedimus
cum potestate alium vel alios Deputatum sive Deputatos
quoties tibi Expediens visum fuerit Loco tuo in premissis
deputandi et Surrogandi ac etiam cum potestate quoscunq
alios Officiarios et ministros pro dicto officio et exercitio
ejusdem in dictis provincia et Territorio nostris de Maryland
ac partibus maritimis eorundem et eisdem adjacent quibuscunq
sub te necessarios Idoneos et opportunos de tempore in Tempus
nominandi perficiendi ordinandi Assignandi faciendi et
Constituendi (salvo semper Iure supremæ Curiæ Admiralitatis

(nostræ)